

Johann Sithmann Fridericus Ludovici


Agnisma luridicum De Feudis, Quod individ. Triade duce & auspice

Stetini: Rhetius, 1655


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75712349X>


Druck Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





D. T. M. F.

AGONISMA JURIDICUM

DE

FEUDIS,

Quod

individ. Triade duce & auspice

sub umbone

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi,
Consultissimi

Dn. JOHANNIS Sitthman/

Stetin. Pom. J. U. D. Profesforis Regii,

Præceptoris, Fautoris ac promotoris sui ætatem
Parentis loco devenerandi,

Eruditorum publico examini
submittit

FRIDERICUS LUDOVICI Werbena Pom.

Autor & Respondes

In Aſeterio Majori. d. 30. April. horis ab 8. mat.

Anno clō lōc lv.

STETINI,

Typis JOHANNIS VALENTINI RHETI,
Regi per Pomeraniam Typographi.

VIRIS

Generositate, Magnificentia, Reverenda Dignitate, Heroica virtute, ut & Nobilitate, Excellentia, gravitate, consiliis & prudentia Politica maxime conspicuis, insignibus, eminentissimis, famigerabilibus.

Dn. LAURENTIO CHRISTOPHORO à Somnitz/ Seren. Elect. Brandenb. Consiliario intimo, Arcis Neo-Sedinensis Præfecto, Dn. in Warzborff/ &c.

Dn. FRANCISCO à Wahlen/ Ser. Elect. Brandenb. à secretis intimioribus, diæceseos Colbatzensis Præfecto, Reverendisf. Capituli Caminensis Vice-Domino, Domino in Clebo & Falckenberg/ &c.

Dn. JOHANNI PASCOVIO, inclutæ Reipubl. Sedinensis Consuli, &c.

Dn. IMMANUELI PLACOTOMO, Comiti S. Palat. Cæs. Celsiss. Elect. Brandenb. in Pomerania Orientali Consiliario, Referendario, Protonotario.

Omnnis suis, Mecanatibus, Evergetis, Patronis, Promotoribus ac respectivè Affinib. Magnis, Incomparab. Religiosiss. Certiss. à yároua hoc, ut primam studii Juridici messem, in gratum animi monumentum officiosiss. devotissime D. D. offert, sacrum facit

Autor.



S. P.

DUm animo mecum replico, (re-
plico autem singulis fere temporum mo-
mentis) vestræ beneficentiæ, favoris &
propensæ pietatis, in me meosq; usq; ad
hunc temporis articulum symbola fre-
quentissima, Viri Generosi, Magnifici, Nobilis. Excell.
Consultis. nihil magis in votis habui, nihil prius anti-
quiusve duxi, quam ut redhostimentum & Isorropon
æquivalens (ne condignus videar, cujus effronti fronti
cauterio inureretur: *Ingratus Hospes*) refundam. Verû,
utut quævis voluntas meditetur, viribus destitutus, va-
dimonium præmeditatû deferere cogor, nisi devotam
gratæ mentis significationem, more rustici Sinætæ, re-
gi Artaxerxi xenii loco aquæ guttulas è puteo hau-
stas utrâq; volâ offerenti, monumento hoc chartaceo,
utpote æterno honoris, amoris & reverentiæ do-
cumento, declarem. Equidem non inficior, obla-
tum meritis Vestris non par esse aut respondere,
quum me gregi æternorum debitorum Vestrorum ac-
censere necesse habeam. Suscipite interea sereno
vultu levidense hoc munusculum ad pedes vestros
devolutum, imitati in hoc Persarum regum mansve-
tudinem, potius subditorum suorum animum prom-
tum & benevolum, quam munerum æstimationem

intu-

intuiti: meq; ita numero fervientium vestrorum adso-
ciatō, Clientelā & ulteriori Patrociniō, Servi vestri
addictissimi, studia & pia molimina commendata ha-
bere, promovete. Quod ut spe certa impetratu-
rum præsumat, sic impense vota debita pro salute ve-
stra, ut inclytis Patriæ Patribus, fundere se obstri-
ctum agnoscit

V.V.V.V. Gen. Magnif. Nob. Excell.

Humillimus Cliens

FRIDERICUS LUDOVICI, W. P.

Aut. & Resp.

AGΩN. JURIDICI
De FEUDIS
THEOREMA I.

JUs Feudale succinctis thesibus perquirendo præcognoscere allubescit ejus *originem, compilatores & auctoritatem*. Longobardis, qui populi Germanici ex Dania ortum trahentes, debere incunabula alii, alii à Romanis natum esse augurantur: Nos utrumq; asserimus, sed cum distinctionis & respectus diversi fædere.

II. Compilatores fuisse Dd. non pauci autumant Obertum de Orto & Gerhardum de Nigro, utrosq; Longobardos, quod illota & exotica vocabula in Jure Feudali occurrentia arguant: Alii utrosq; viros Sapientes & Cosf. Mediolanenses fuisse. Ab aliis tamen pluribus, etiam privatis incerti nominis auctoribus, junctis nonnullorum Imp. constitutionibus, quasi per rapsodiam confarcinatum esse, haud ambigendum.

III. Auctoritas Juris feudalis est, ut veri Juris constituat formam, non tam scripti, quam non scripti, omnes constringens Imperii cives, immediatos & mediatos, Clericos & Laicos, adeò ut & Jus feudale in causis & controversiis civilibus decidendis obtineat, in casibus, ubi secundum, vel præter Jus civile, non contra hoc, disponit.

IV. Hisce præcognitis, notanda est Feudorum *definitio*, quæ est *vel nominis vel rei*: In illius deductione in diversum abeunt Dd. Quidam flectunt à *federe*: alii à *Vacelleto* s. *Vasleto*, quod ministrum sonat: alii à Germ. *Bogtey*/i. e. præfectura: alii à *Feida*, Longobardis inimicitiam capitalem denotante. Nonnulli feudum per *initiales* literas sic dici volunt, *Fidelis Ero Unice Domino Vero Meo*: quam notationem suis relinquimus auctoribus. It. an feudum derivetur à *Foiden*/i. e. pascere s. alere, unde *Foiden*/i. e. villa, pascua. Alii à *Feiden*/quod nostris dicitur ein *Streit oder Krieg*. Maxima pars FF. ipso textu calculum adjiciente, arbitratur à *Fide* s. *fidelitate*, ut propria feudi forma dici: Hæc enim nunquam intercidit, licet juramentum fidelitatis nonnunquam ex pacto non præstetur.

A Germ,

Germ. dicitur ein Lehen / quod aliqui volunt à Leut i. e. homine,
quia Vasallus concedentis videtur esse homo factus. Conveni-
entius a. apparet dici à Germanico Lehen seu Lehenen: Feudum
namq; ex beneficio quasi commodatum intelligitur sub condi-
tione fidei Vasalliticæ, quâ spretâ, ex culpa vicissim amittitur.

V. Antequam autem Rei definitionem vel descriptionem
auspicamur, rejicienda & removenda venit vocabuli Feudi æqui-
vocatio. Significat (1.) Jus Feudale ipsum. (2.) Rem feudalem in-
feudatam. (3.) Ipsam contractum, conventionem s. investituram,
(4.) Jus, quod in re feudali Vasallus habet &c.

VI. Definitur seu potius describitur Feudum, quod sit bene-
ficium ex benevolentia & liberalitate eâ lege Vasallo largitû, ut Domino re-
tinente rei immobilis vel æquipollentis proprietate, ususfructus s. utilitas
dominii ad accipientem Vasallum sub conditione exhibitionis servitiorum,
fidelitatis, & investituræ renovatione &c. fluat, imo ad seram ejusdem po-
steritatem transeat.

Divisio

VII. Definitionem excipit divisio. Multifariam Feudum di-
viditur. Aliud est Proprium, quod & rectum, minimeq; dege-
nerans, quod pactis non mutatum, aut conventionem alteratum dicitur,
indolem & naturam veri feudi obtinens, & proprie feudi
jure censetur, das emes rechten Lehenguts Eigenschaft hat / cujus
requisita sunt potissima. 1. Ut detur in re immobili aut æquipol-
lenti. 2. Utile dominium sit penes vasallum, directum penes domi-
nium feudi. 3. Ut ad heredes feudales masculos transeat. 4. Fideli-
tas præstetur. 5. Servitia, indeterminata vel determinata, ex-
hibeantur. 6. Concedatur gratis. 7. Sine consensu domini sit inalie-
nabile. 8. Ne sine culpa Commissionis aut Omissionis Vasallo à Do-
mino auferatur, & quæ sunt plura alia: vel Improprum, de quo
vid. thes. 13.

Propria

VIII. Ecclesiasticum, à persona Ecclesiastica personæ Ecclesia-
sticæ in re Ecclesiastica concessum, ein Geistlich Lehen / ein Lehen
vom Krumen Stabe / quali baculo in extremitate verticis incur-
vato episcopi utuntur, & hoc confertur vel recipitur à Papa vel
à Clerico. Vel Seculare in prædio seculari à persona seculari Lai-
co datum: item Seculare censetur, quod à Clerico non Ecclesiæ
sed suo nomine datur aut accipitur. Imo quod Clericus ab ali-
quo seculari tenet. Seculare autem feudum est vel IX.

*Liberr.
feudum*

IX. *Nobile vel ignobile. Illud vel Regale vel non Regale.* Regale
 20 est *κατ' ἐξ οὐχῆ* nobile, quod ab Imperatore s. mundi domino ipso,
 vel à Regibus in suis regnis, neminè præter Deum & ensẽ su-
 periorem recognoscentibus, Electoribus, Archiducibus, March-
 gravibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, cum digni-
 tate Regali, Electorat⁹, Archiducatus, Marggraviatus, Ducatus,
 Principatus, Comitatus, Baronatus, jure Vasallitico confertur.
 Olim hæc nomina & Tituli fuerunt tantum *administrationis*, hodie
perpetui facti, ad *heredes transitorij*, nisi feudum vel varie amit-
 tatur vel finiatur. Hæc Principum *secularium* feuda dicta sunt
Sahnen- & Ehen quia per vexilla investitura horum peragebatur.
 Ecclesiasticorum Principum feuda audiebant *Scepter- & Ehen*: de
 quib. vid. th. 46. *Non-Regale* feudum est, quod tenet titulo va-
 fallitico vasallus, Comite & Barone inferior. Nostris enim mo-
 ribus Comites & Barones quoad regalia feuda comparantur.
 Sunt ergo hi, feuda non-regalia tenentes, *Nobiles sive simplices, si-
 ve immediati*, qui in Franconia, Svevia & ad tractum Rheni habi-
 tant, die *Fränckische / Schwäbische und Rheinische Ritterschafft*.
 Quantumvis namq; hi plurima teneant Regalia, non tamen feuda
 tenent regalia, sed tantum nobilia, neq; amplius sunt Status Im-
 perii, neq; ad comitia vocantur, nec sessionem habent. Ut ergo
 feudum dicatur *Nobile & quidem Regale*, vel *non-Regale* aut
 ignobile, respiciendum est ad *conferentis vel facultatem h. e. pote-
 statem & voluntatem*, concurrente simul *rei immobilis & personæ
 accipientis habilitate*. v. c. Imperator investit in Regno, Ar-
 chiducatu, Electoratu, Ducatu, Regem, Archiducẽ, Electorem,
 Ducem &c. quia ita investiendi habet & facultatem & volun-
 tatem. Investit etiam pro facultate & voluntate *Nobilem im-
 mediatum* cum qualitate immedietatis in terra sua immediata.
 Reliqui Status Imperii, Principes & Rex Bohemiæ &c. investi-
 unt & faciunt ex voluntate sua pro qualitate fundi & personæ
 Nobiles, & quidem non *independentem*, sed *dependentem*, ex beneficio
 vel privilegio Imperatoris vel Regum. *Nobilis* autem potest esse
 sine feudo, propter solam virtutem suam vel *togatam vel milita-
 rem*, sed non *Vasallus*. *Ignobile* feudum confert, qui nobilitandi
 habet nec facultatem nec voluntatem, sive *conjunctim* sive *dis-
 jun-*

calone

ignobile

junctim. Hoc vel ab Imperatore ipso s. à personis dignitate Imperatori proximis, utpote Marchionibus, Comitibus &c. dari potest, quando voluntatem non habent nobilitandi, licet facultatem habeant. Dari etiam ignobile potest feudum à Rustico, quia nec facultatem, nec voluntatē nobilitandi habere potest. Vid. *thes.* 23.

X. *Antiquum* (quod & nonnunquam indiscriminatum à Dd. feudum *paternum* indigitatur) ab aliquo Majorum, licet ultra Tritavum, acquisitum, vulgo salutatur ein *Altväterlich Stamm* sehen Gut. Quibusdam arridet feudum vetus includere antiquum & paternum, quorum tamen notamus quandam differentiam, quam manifestabit discursus. *Novum* de novo alicui à domino concessum, seu, de quo primo prima fit investitura.

XI. *Masculinum* à viro datum & acquisitum, & ad masculos, exclusis fæmellis, quoque transitorium. *Femininum*, quod à Fæmina datum, vel acceptum, quod tamen est *improprium*. Prius proprium esse posse, non repugnat.

XII. *Ligium* à ligando dictū, obligans seu obstringens vasallū, qui nulli nisi uni Domino immediare subest, neminē nisi Deum & ensē superiorem agnoscenti. Hoc feudum est magnarum dignitatum, & proprie tenent Status Imperii, Electores, Archiduces, Marggravi, Duces, Principes, Comites, Barones immediati. Frustra ergo quæritur: *An in feudo Ligio Imper. sit exceptus? Qui enim præter Imp. recognoscit alium, à quo Imp. excipiendus, non tenet feudū ligium. Rectius quæritur: An status Imperii secularis in feudo suo Ligio excipere debeat Papam Romanum? Quicquid sibi somnient CCTæ de suo idolo Papa, nos contrarium diserte asserimus, prout in discursu apparebit. Tacita enim quasi lege ab omni juramento eximitur Imp. qui (ut Baldus scite loquitur) est corporalis mundi Deus & tanquam terre numen & stella matutina in medio nebulæ, unde sicut non juratur contra Deum, ita nec contra Imp. Pater identidem excluditur, asserentibus hoc Zasio, Cujacio, Bocero &c. Cusa lectio tamen est in contrarium, nisi patriæ esset proditor, quod placet Vultejo. Non ligium ergo feudū est, pro quo investitus aliquis, qui præter dominum suum investientem immediatum, recognoscere debet alium adhuc superiorem mediatum, quem & ipse Dominus im-*
media-

mediatus se superiorem agnoscit: quale feudum tenent imprimis Nobiles, qui dominum habent immediatum Electorem, Principem, qui ipsi Imperatorem vel Regem agnoscunt superiorem.

XIII. *Purum* seu *simplex*, in quo nulla certa *servitia determinata*, quod regulariter proprium feudi ingenium & qualitatem sapere nonnulli arbitrantur. Puto tamen, proprium etiam esse feudum, de quo certi equi militares, *Zwey/Drey oder mehr LehenPferde/* præstandi sunt, alioquin rara reperirentur feuda propria: ad quæ refero etiam feudum, quod dicitur *ex pacto & providentia* constitutum, qualia omnia fere Principum Germanorum feuda esse frequens est Dd. opinio. *Qualificatum* seu *conditionatum*, in quo *officium* certum est expressum, ut domino in mensa servire, Augustam vel Dominam è templo ducere teneantur, non exclusò tamen nec demtò auxiliò bellicò.

XIV. *Improprium* seu non-genuinum est, vel quod propriam feudi naturam per omnia non obtinet, vel ad posteros non est transmissibile, sed extincto vasallo finitur, vel immune à servitiis, vel aliter appellatur quoq; *Degenerans*: quorum feudorum complacet quasdam referre species.

XV. *Emptitium*, quod interventu pecuniæ comparatum, non, ut vera feuda, ex honore, benevolentia aut amore aut gratia domini concessum.

XVI. *Camera* seu *ærarii* feudum est, quando certa pecuniæ quantitas aut summa ex Camera Principis annuatim alicui præstanda ex benevolentia & gratia benemeritorum conceditur. *Camera* autem est locus, in quem redditus Principis aut Regis à collectoribus, quæstoribus & Camera præfectis colligitur, neq; solvitur, si Camera Principis sit evacuata aut ære alieno oppressa. Germ. *Ein LehenGeld/ ManGeld/ Cammer Lehen/* est q; ferme instar stipendii. *Caneda*, vel, si mavis, *Cayena* aut *Canua*, cum quis certam quantitatem, aut mensuras certas frumenti, vini, cerevisiæ vel olei annuatim nomine feudi à Principe accipit. Dicitur & penuarium, horreum, cellarium. *Caneda* est locus, ubi frumentum, vinum, &c aservatur.

XVII. His affine est feudum *Soldate*, præstatio quædam annua, mere gratuita militibus solvenda: Dicta, quod in *solidorum*

Impria.

donatione ut plurimum consistat, quandoque autem & in vino & annona Longobardis hæc præstatio dicebatur *Solda*, Germ. *Sold*.

XVIII. *Gwardia* est feudum officiosum, custodiæ nomine illi datum, qui quasi custos prædio, castro vel territorio præficitur, dicitur à Germ. *Warden* i. e. observare. *Gwardia* dicitur *Custodia*, & *Gwardiani* *Custodes*. *Gastaldia*, *Castaldia*, *Gvastaldia* ob procuracionem & administrationem prædii vel domus domini datum feudum vel aliorum bonorū, possessionumque dominicarum, adde *Cancellariatum* & *Advocatum*. *Gvastaldia* dicitur *Gubernatio*, quia domini res gubernantur. *Gastaldi* sunt *vice-domini*, seu *gubernatores*.

XIX. *In Curte* pertinet ad rem, castrum seu curiam domini infeudantis. Potest enim de curia seu villa sua proprietarius unum mansum terræ seu redditum annum cuiquam concedere. *Curia* seu *Curtis* domini est domus dominicalis in villa existens, ad quam omnes fructus ac redditus à colonis recolliguntur: *Extra Curtem* est fundus extra curiam infeudatus, cum dominus non totam villam possidet, sed quum, uti nonnulli opinantur, pro majori parte possessiones sunt rucolarum, & domino modicum & aliquot jugera relinquuntur, ex his si aliqua concedit, habet *vasallos extra Curtem*. Hæc feuda impropria in thesi 15. 16. 17. 18. relata à variis varie explicantur: quænam autem genuina horum sit natura & mens nostra, quomodo inter se conveniant aut discrepent, discursus docebit evidentius.

§ 173. XX. *Francum* est à *servitiis* & oneribus liberum, non tamen à *fidelitate*, davon der Lehensman keinen Dienst leisten darff. Nilominus tamen alia præstare debet præstanda, nec omittenda, nec committere non committenda, cavendo, ne patret *feloniam* seu *omissionis* seu *commissionis*, de quibus agitur in *th* 50 & seqq. Feudum igitur est improprium, quod datur à *servitiis* liberum. Hinc ait *Baldus*: Si dominus liberet *vasallū* à *servitiis*, non propterea extinguitur feudum, quia *vasallus* id *promeruisse*, non *demeruisse* videtur.

XXI. Sunt & alia feuda impropria: *Hereditarium*, *Hypothecarium*, *Famininum*, &c. plura in præsentiarum non conglomero. Circa hæc autem est advertendum, quod omne Feudum

dum improprium h. e. ingenuam feudi naturam non habens, in omnibus tanquam verum feudum reguletur, illis duntaxat capitulis exceptis, in quibus per pactum expressum à vera feudi natura est alteratum: v. c. *Feudum emptitium est improprium in eo, quod accedente pretio est acquisitum, in reliquis vera feudi natura non perit, sed remanet. Feudum Camerae, Canevae, Soldatae in eo, quod durent tantum ad vitam usq. dantis vel accipientis, reliqua tamen praestari debent, quae praestanda sunt de feudis perpetuis ad heredem transitoris. Gestaldie nno anno extingvitur & c.*

XXII. Delibatà paulisper varià feudorum divisione, ad Personas feuda dare habiles, causam feudorum efficientē, gresum jam paramus. Feudistarum quorundam est traditio, non quoslibet indistincte feuda dare posse, nisi cui ex antiqua consuetudine & dignitate hoc competat. Aliis displicet, dignitatem non habentes excludi, cum cuilibet ingenuo, etiam privato, de rebus suis legitime disponendis liberum marito sit relinquendum arbitrium. Quae opinio ut verior & aequior, generali & indubitata hac juris feudalis fulcitur regulà: *Omnes, qui legitimam habent bonorum suorum administrationem, feuda dare possunt, nisi nonnulli expresse prohibeantur.*

XXIII. Admittuntur autem tam Laici, quam Clerici. Inter Laicos primarius est Imperator, ipsius orbis Christiani caput summum, Caesar seu Rex Romanorum, Reges in suis regnis & territoriis, Electores, Archiduces, Duces, Principes, Comites, Barones, Valvasores majores, minores & c. Illi potissimum Regalia & non Regalia conferunt feuda, h. e. in specie nobilia. Ignobilia autem feuda, qui neq. facultatem nec voluntatem feuda nobilia seu cum feudo nobilitatem habent conferendi, sunt cives, imo & rustici, qui suas res proprias seu allodia recte in feudum dare queunt, quatenus secundum regulam illam generalem legitimam bonorum suorum habent administrationem. Falsa namq. Duareni & aliorum est sententia, feuda tantum dare posse, qui habent dignitatem. A parte vero Clericorum prohibetur, qui non est Praelatus; non enim dare potest feudum, nisi cum consensu Pontificis aut Capituli, & tractatu solenni habito cum Capituli subscriptione.

XXIV.

Secunda

u. prohibet

XXIV. Clericos dare feuda minime dubitandum, inter quos caput suum extollit Pontifex Romanus, quem sequuntur quatuor Patriarchæ: *Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus.* Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Præpositi &c. non tantum de propriis patrimonialibus, sed & de bonis Ecclesiarum, si solita vigeat consuetudo, fundos illos infeudari.

Publici
sum.
XXV. Contra prohibentur: rerum alienarum (scil. *secularium*) administratores, quia res non aliena, sed propria in feudum est alienanda: Hi sunt *Procuratores, Syndici*, mandatum speciale vel cum libera non habentes, feudum novum non dare nec antiquum renovare possunt, nisi magna impellente necessitate & utilitate decreto Magistratus svadente & confirmante. Nec *Curatores, Tutores*, dare possunt novum, antiquum autem renovare non prohibentur, quia legitimam sapit administrationem decens renovatio. A qua prohibitionem exempti sunt *Praelati*, qui licet rerum & bonorum Ecclesiasticorum non sunt domini, sed administratores tantum, nihilominus tamen possunt infeudare, per communia Dd. Porro alii, qui licet sint rerum domini, attamen quia legitimæ nondum sunt ætatis, nec rerum suarum legitimam administrationem habent, feuda conferre non possunt, vel quorum nullus est consensus, quales sunt *infantes* nondum septem annorum, *prodigi, furiosi.* *Fæminam* etiam feudum dare posse, contra *Hotoman. & Cujacium* indubitatè asserendum.

XXVI. Relatorum mutuus est respectus cum correlatis: Dantes idcirco concomitantur *Accipientes.* Accipere autem feuda possunt, cujuscunq; sint status, qualitatis, ætatis & conditionis homines: non enim persona feudum accipientis distinguenda est, ut ait *Feudista. Tit. 3. F. 2.* Vir, Fæmina, Clericus, non autem *Clericus factus* Laicus, Ingenuus, Servus, quod asserit *Feudista. Hodiè inusitatum.* Pupillus, Adultus seu pubes, Infans seu impubes, attamen cum Tutorum aut Curatorum consensu, Paterfamilias, Filiusfamilias non tantum in bonis suis Castrensibus & Quasicastrensibus, sed etiam Adventitiis, in quibus patri non debetur ususfructus, Nobilis, Ignobilis, Rusticus, modo

hi

hi omnes sint personæ honestæ ac bonæ. Item Monasterium vel Ecclesiâ. Priorissa ut & Abbatisa feudum accipere valet non tantum à Prælaro, sed etiam à Laico.

XXVII. Superior nonnunquam ab inferiori feudum tenet. Sic Carolus V. fuit regis Galliæ ratione Flandriæ &c. Vasallus: idem & Vasallus fuit Imperii Romani ratione ducatus Mediolanensis & Geldriæ, item Papæ Romani, nomine regni Neapolitani, Sicania, Arragoniæ: uti refert *Vultejus*.

XXVIII. *Femelle* regulariter feuda possidere nequeunt, licet armis sint asyvetæ, quum nec magistratum gerere, nec militiæ, ob quam feuda inventa, interesse valent. *Dissuadet præterea honestas publica, consilii fragilitas, periculum secreti, lubricitas voti &c.* Quia tamen in comperto est, dari feuda fæminina, frustra disceptatur & quæritur: An fæmina feudum accipere possit? Ratio namq; & experientia teste fæminæ accipere possunt feuda Regalia Ducatum, Principatum. *Non enim accipientis, sed dantis vertitur præjudicium*, qui mavult sibi exhiberi servitia militaria per substitutum, quam ipsius Vasalli personam habilem. Ac licet hujusmodi feudi ratio non sapiat feudum proprium, sufficiat improprium, quod præstat penitus nullo.

XXIX. Indigni judicantur ob pœnas & delicta *Proscripti, Excommunicati* majori excommunicatione, Banniti, *die in die Acht und Oberacht erkläret sind*. Publico aliquo crimine ob crimen læsæ majestatis damnati, hæretici, usurarii manifesti & alii infames, qui à feudo omni, tam proprio, quam improprio, arcantur. Vid. Rosenth. Vult.

XXX. *Materia* feudi proprii consistit 1. in re immobili, corporali & fixa, ut sunt fundi, prædia &c. In mobilibus namq; feudum non constituitur, nisi in rerum immobilium consequentiam. 2. Rebus solo coherentibus, ut fructibus pendentibus, arboribus solo affixis, castris, ædibus, molendinis, sylvis, quæ omnia tam per se, quam per consequentiam, cum fundo in feudum dari possunt. 3. in rebus, quæ immobilibus annumerantur.

XXXI. In rebus quoq; incorporalibus ex consequentia rerum immobilium feudum constituitur: v. c. in redditibus annuis, Jure patronatus, servitutibus realibus prædio coherentibus,

B

quæ

quæ quasi traduntur unà cum feudo: hoc enim concessio, & hæc jura concessa intelliguntur. Jus autem venandi & piscandi, jurisdictio, merum & mixtum imperium, fundus in feudum concessio, non simul habentur concessa, nisi hæc omnia & singula feudo cohæreant: si non cohæreant, singula debent exprimi: adeo ut, si dominus cum fundo concedat jurisdictionem, non pariter concessisse videatur merum & mixtum imperium, multo minus Regalia, nisi hæc fundo cohæreant, vel in investitura exprimantur, vel aliter de consuetudine sit receptum.

XXXII. Panes civiles rebus immobilibus annumerantur, dicebantur etiam annonæ civiles, & sunt annuatim (reseram frumentariam i. e. signum habentibus, illudque ostendentibus) dati. Quinam hi panes verè fuerint, cognoscere licet ex l. 7. C. Theodos. ubi & agitur de panibus militaribus & popularibus. Fuere & panes Palatini forte, quod è Palatio erogarentur, de quo tamen ambigit Cujac ad l. 1. C. de frument. urb. Constantin. ubi dicit, panes Palatinos dici, quod Palatinis pro mercede præbebantur. Fuere hi panes cocti, non frumentum, qui annuatim Palatinis pro sustentatione dabantur. Pertinent hi panes Palatini ad feudum de Camera & in Curte.

Res inerte.

XXXIII. Contra in feudari vetantur Res nullius, quæ nec in dominio habentur, nec possidentur, & extra commercium humanum sunt positæ, veluti res sacræ, sanctæ, religiosæ, decimæ, res Ecclesiæ, quæ nec alienari nec obligari possunt, exceptâ causâ redemptionis captivorum, & quæ sunt alia plura. Res imprimis Ecclesiæ in feudari prohibentur, quæ in feudari non sunt solitæ: quæ autem hæc sint, vel quænam solitæ sint in feudari; & an; & quomodo Pontifex, Prælatus vel alii, cum, vel sine consensu Pontificis & Capituli, & tractatu habito res Ecclesiæ possint in feudare, vel non possint, dilucidabit discursus. Pecunia, per se considerata, non potest dari in feudum, quia est res mobilis: secus est in illis casibus, quando rationem habet rei immobilis, tunc enim recte conceditur in feudum. Bona uxoris dotalia, alienari lege prohibita. Excipitur autem Subinfeudatio: licet enim hæc sit alienationis species, licita tamen est, si tribus hisce potissimum sit stipata requisitis: 1. Si fiat sine dolo: 2. in

in parem vel melioris conditionis hominem, ad servitia præstanda idoneum: 3. Ut sub iisdem fiat conditionibus, quibus primus usus est investitus.

XXXIV. *Forma* feudorum consistit in eorum constitutione & acquisitione. Constitutio fundatur 1. in conventionione inter dominum & vasallum: 2. in præstatione fidei: 3. in tenore investitura. Acquisitione fit per successione & prescriptionem. Constitutio est conventio s. pactum & mutuus consensus feudum dantis & accipientis, qui præficitur vel simplici pacto, vel stipulatione. Illo modo, quando convenit, ut alter rem quandam immobilem det alteri, sub præstationis fidei & servitiorum nexu in perpetuum, donec non obset felonia, alter hoc pacto etiam accipiat: Hoc quando solemnè stipulatione, interrogatione & responsione hæc omnia perficiuntur; regulariter namq; inter invitos non constituitur feudum.

XXXV. *Fidelitas* est forma, Feudum denominans, quæ semper in Feudo tenenda & custodienda. Sumitur bifariam pro fide promissa & pro juramento, ad fidem sanctè præstandam vasallum alligante, quò licet omisso, fides tamen ipsa à Feudatario est continuo servanda. Fidelitas enim & fidelitatis juramentum differunt. Illa à feudo nunquam; hoc quandoq; abesse potest, quod appellatur *juramentum fidelitatis*. Præterea dicitur juramentum *Subjectionis*, der Huldigungs Eid/ tam res, quam personas subditorum respiciens: daß er seinem Herren hold und gehorsam/ als einem getrewen und aufrichtigen Unterthan gebühret/ seyn wolle: vel *Domesticitatis* seu officii; dicitur & *assecurationis*, concernens domesticos seu familiares, v.c. Præfides, Cancellarios, Consiliarios, Dapiferos, Camerarios, imò & satellites & similes.

XXXVI. Proximè feudi formam constituit *investitura tenor*. Est enim investitura vita quasi feudi, sine qua regulariter constitui nequit. Dicitur & *Investitio* s. quasi possessio, & requiritur ex propria feudi natura & substantia, ejusq; symbolum est certissimum & individuum. Quando ergo in facti contingencia dubitatur, unò, duobus, an tribus, quatuor aut quinque eqvis cataphractis vasallus dominum juvare teneatur, vel alia

circa feudales præstationes emergunt dubia, ad investituram recurrendum est, cujus tenor exquisitè inspiciendus, & plerumq; ex hoc causæ, multa dubitatione laborantes, deciduntur. Si nihil de servitiis sit determinatum, ad alia, & plura, quam ejusmodi conditionis præstant, vasalli non tenentur.

Exi.
XXXVII. Estq; autem Investitura feudi solennis cesio cum possessionis traditione conjuncta, & regulariter fit in constitutione feudi *novi*, subsecuta rei traditione: in *antiquo* dicitur *renovatio*, recognitio, redintegratio, *WiederEmpfangnuß des Lehens*.

XXXVIII. Consistit Investitura in tribus: 1. in *petitione investiture*, tam feudi novi, quam antiqui, humillima, quâ simul declaratur debita reverentia, modestia, & devotio cum honorifico aditu in præsentia domini, parium Curia vel etiam aliorum, apertò capite, complicatis manibus, ter inflexis genib; & depositis calcaribus, sive fiat à vasallo, sive ab ejusdem mandatario. 2. *Investitura ipsa*, hoc est, ipso actu investendi, die *Belehnung* unde appellantur *Vasalli Getrew und Ehrenvest* vel *Besse*. Aliàs investitura æquivoce accipitur pro instrumento investitionis: *Germ. ein Lehen Brieff*. Alii derivant à vestitu, quasi Vasallus sit homo feudovestitus.

Exi.
XXXIX. Est autem Investitura vel *propria* vel *abusiva*. Illa est corporalis feudi traditio & possessionis apprehensio, data vel à Domino vel ejus Nuncio & Mandatario, ut inductus rei dominium utile, hoc est, utilitatem ejus capiat. *Breviter*: Est, quando dominus valvasorem seu vasallum in re præsentia statim & realiter investit, eiq; rem tradit & possessionem. *Impropria*, ficta, seu significativa, vel verbalis vocitata, quando pro loci consuetudine dominus vel ejus plenipotentarius extra locum feudi signò aliquò corporeò, ense, sceptrò, pileò, baculò, &c. traditò, ipsam rem feudalem tradidisse significat, quâ investiturâ non vera, sed ad minimum quasi possessio constituta est, ut possit feudatarius feudi possessionem capere, vel petere se immitti. In antiquis autem feudis retinenda est renovatio, si vasallus sit in feudi possessione: si sit extra possessionem, petenda primum est renovatio, & deinde immisio: illâ neglectâ à feudo excluditur. Modernis moribus duces & Principes seculares investendi

capu-

capulam nudati gladii, digitisque primoribus illi impositis & incurvatis genibus, vid. thes. 38. ad faciem Imp. confidentes iuramentum fidelitatis præstant. Olim investiebantur per *vexilla*, unde dicta *Sahnen-Lehen*. Ecclesiastici Principes olim per *annulum & baculum* investiebantur ab Imperatoribus de ipsis dignitatibus Ecclesiasticis, & de Regalibus ab Imperatore per *sceptrum*: verum privilegio, Calixto Papæ ab Henrico V. Imp. dato, cessit Pontificibus investitura per annulum & baculum, & remansit Imperatoribus Episcoporum &c. propter regalia concessa Investitura per *sceptrum*, unde dicuntur adhuc *Scepter-Lehen*.

XL. (3.) Fidelitatis sacramentó solenniter præstitó, ad minimum duobus paribus Curia convallis adhibitis, quo sanctissime se obligat domino fidem servaturum, daß Er dem Lehen Herren Getrew und gewehr seyn wolle: unde vasallos in scripturis Domini appellant *Unsere Liebe und getrewe*. Hoc iuramentó, domino illud expresse requirente, neglectó, investitura Valvasori deneganda, quia aspernari Dominum, nec fidem ipsi daturum videtur. Ideo feudó novó cadit vasallus æque, ac si antiqui inter legitimum tempus petere neglexit investituræ renovationem.

XLI. Et hoc iuramentum volente dominó æque Clericus, quam Laicus, præster necesse est, ante investituram in feudo novo. Succesor autem in novo feudo, & multo magis in feudo antiquo, tenetur intra tempus legitimum, quod de jure communi feudali est annus & dies, *Jahr und Tag* / in Pomerania ein Jahr / quod tempus si præterlabi vasallus sit passus, feudó privatur: Wann der Lehensmann oder Anwarter die confirmation des Lehens im Jahr und Tag / oder inner Jahres frist *concl. Pom. II tit. 2* nicht gesodert / soll der Anwarter oder Lehensmann erhaltener concession und Begnadung gänzlich priviret werden. *Vid. Theor. 49.* nisi habeat quasdam justas causas, quibus purgat moram in petitione feudi: Er habe dann des Erbliche Ursachen und Verhinderung / nemlich Sterbens- oder Kriegesläuffte / Feindschaft oder Gefängnuß &c. Sin vero in feudo novo tertia vice citatione iterata non compareat, contumaciæ novo notatus, jacturam facit beneficii feudalis. Vid. th. 50.

XLII. Probatur *uobi* & antiqui feudi investitura, præter immissionem, publico Instrumento aut signo, domini s. Clerici s. Laici confessione, per breve testatum Parium Curia, testibus idoneis, maribus, non fæminis. *Hodie* usu receptum est, dari litteras investituræ cautè & cum magna diligentia confectas cum subscriptione parium Curia & aliorum illò tempore præsentium adhibendorum, sigillo domini majori, pro majori certitudine, tam in renouatione feudi antiqui, quam super novo, appenso, vel affixò. Et si prima extet investitura, ex ea renouatio est declaranda. Diximus de investitura, quatenus ratione sui tenoris & qualificationis est modus constituendi feudum novum, extra hunc respectum potest etiam esse modus acquirendi, tam in feudo novo, quam antiquo, siue investitura vera sit, siue abusiva. Pergimus ad *successionem*, quam alii modum constituendi asseverant.

Successio

XLIII. Successione feuda acquirunt omnes feudorum habiles & capaces. Fit autem regulariter successio feudalibus ab *intestato*. Testamenti enim factio est tantum in allodialibus & propriis, in *frehen Erbgütern* non feudalibus. Nulla siquidem ordinatio defuncti in feudo valet, ut Vasallus uni bessem, alteri trientem ea ipso feudo seu re immobili leget. Est enim Feudorum alienatio ex Imp. Friderici & Lotharii constitutionibus prohibita, nisi sit feudum hereditarium, vel novum cum consensu Domini ita constitutum, vel si Vasallus dispositionem faciat inter illos, qui alias ab intestato fuissent successuri, vel si dominus & agn at testamenti dispositionem habeant ratam in feudo seculari & antiquo, si vel consuetudo loci non aduersetur, alias neq; ad *pias causas* in feudalibus legare licitum est, nec *ipso Canonico* jure obstrepente, adeo ut nec feudi inutiliter legari debeat æstimatio, asserentibus communiter Dd. Si quæ autem circa feuda sint quædam allodialia, quia de eis vasallus possit testari, nulla subest dubitatio.

XLIV. *Successio* est *Descendentium & Transversalium*. *Ascendentes* ad successionem aspirare, ut in allodialibus, regulariter nequeunt, nisi contractâ fiducia, ut pater filium investiri faciens, si filius decesserit ante patrem, pater filio succedat, vel aliis casibus,

fibus specialibus, quos tradunt Dd. *Descendentes* sunt defuncti Vasalli liberi *masculi*, licet emancipati, ex justis nuptiis procreati, five sint *primi vel ulterioris gradus*. Qui primi gradus, succedunt in feudis divisibilibus, seu dividuis, omnes in *capita* seu partes æquales, & quominus ita succedant, nulla efficere potest paterna dispositio: Si sint gradus ulterioris h. e. *Nepotes* ex filiis, hi *vel* concurrunt cum liberis primi gradus, *vel* sunt soli. Illo casu, filii, quotquot sunt, succedunt in capita; *Nepotes* vero per *representationem* in stirpem, uti in allodialibus. *Nepotes* vero *soli* existentes, succedunt in stirpem, quod in jure feudali ita receptum. Datur namque jus representationis in linea recta descendentium in *infinitum*, quod tradunt comm. FF.

XLV. Transversales s. collaterales non succedunt in feudo novo, nisi sit hereditarium, sed in antiquo, cujus succesores primi sunt *fratres Germani & Consanguinei*: solius namque agnationis in feudalibus successioneibus habetur ratio. Fratres hi soli existentes succedunt in capita, concurrentes cum hisce fratrum filii succedunt in stirpem. Soli autem hi existentes perinde (v. g. in allodialibus) succedunt proprio suo jure in *capita*, non per representationem in stirpem. His deficientibus, cæteris agnatis datur successio secundum gradus prærogativam, quod fallit in simultaneè investitis: hi enim succedunt, nullâ proximitatis attentâ ratione, nisi in investitura simultanea inserta sit clausula: *Nach rechter SypZahl: oder/ daß der nächste Vetter die Folge haben solle*. Hæc successio de veritate juris feudalis extenditur usque in infinitum, & meliori rationis firmitate admittit computationem juris civilis magis, quam Canonici.

XLVI. A successione autem feudali, præter Ascendentes, arcentur *feminae*, & ex hisce nati, & *Nepotes* &c. quia dominus sanguinem, stirpem, & familiam elegit, cujus fæmina ortus & occasus, caput & finis dicitur: Caput respectu sui mariti, cui nupsit: Finis respectu familiæ patris, quam claudit. Vix est, ut in franco succedant, nec earum filii: Successor quandoquidem non est melioris conditionis suo auctore, cui causam debet; limitandû tamen, nisi aliud sit legibus expressum, *vel* feudum sit hereditarium, aut fæmininum, in quibus tamen regulariter

et succedant.

non nisi existentibus amplius masculis, demum succedunt fæmi-
næ. Excluduntur & *Adoptivi* iridem & *arrogati*, quia dominus
Vasalli & sanguinis ejusdem amore allectus, non extraneis feu-
dum concessisse intelligitur. *Exheredati* autem ex justa vel
injusta causa, vel in testamento patris *preteriti*, vel hæreditati
paternæ *renunciantes* à feudi proprii sucesione minimè præclu-
duntur: aliud namq; est patris *feudum*, (sc proprium, aliud *he-
reditas* patris allodialis. Ad *Naturales* vero liberos, spurios, in-
cestuosos (qui liberorum appellatione indigni, quibusq; jure ci-
vili alimenta denegantur) non derivatur feudum. Sed quid
dicendum de *Legitimatis*? De veritate juris feudalis communis
excludendi merito essent omnes, verum quia contraria consue-
tudo & observantia etiam Camera Imperialis introduxit, ut
legitimati per *subsequens matrimonium* admittantur, non amplius
est de hoc dubitandum. Quod verò legitimatis per oblatio-
nem Curiaë, denegetur successio, per se patet, quia hæc legiti-
matio diutissime cum Lance & Licio, ut ille apud Gellium ait,
abs usu evanuit. Legitimos autem per Rescriptum Principis
non aliter admittimus, nisi cum consensu agnatorum & domini
ad illum finem legitimatos. Excluduntur Clerici *facti*, quia,
qui incipit miles Christi, desinit esse miles seculi. Saxones
ita: Sie sind des Lehens nicht fähig/ weil sie den Heerschild mit der
Pfaffheit niedergeleget. *Conjugum* quoq; successio nulla in feudis
agnoscitur, nisi pro Morganatica s. dotalitio, quò maritus usq;
ad extremam vitæ stationem fructus est in bonis feudalibus con-
stitutó. In Pomerania indultus est viduis nobilibus post mari-
ti obitum *Annus gratiæ*, & insimul jus retentionis, donec de dote
illata ab heredibus feudalibus acceperint satisfactionem, du-
rante autem anno gratiæ tenerur heres feudalis feudi antiqui
petere à domino investituræ renovationem, aliàs amissionis feu-
di incidit periculum & damnum. Successione pari modo non
gaudent animo imperfecti: ut furiosi, prodigi, mente capti
Corpore, ut muti, quia pars aliqua servitii est in sermone, cæci,
surdi à natura; si ex accidente & casu, non simpliciter officit.

XLVII. Feudum acquiritur *Prescriptione*, seculare spatio 30.
annorum. Ecclesiasticum 40. annorum inter valló, puta, si quis
bona

Acquisitio

bona fide fundum aliquem feudalem ut feudalem per continuos 30. annos possederit, & à Domino requisitus servitium præstiterit, fundum illum in feudum acquisivit, licet de eo non fuerit investitus, sed habuerit allodiale. Eodem modo Princeps à Tirio, ejusq; allodiali fundo servitium exigens, ob exactum & impetratum, fundum ejus facit feudalem. Quomodo autem Dominus libertatem, ut Vasallus proprietatem, possit acquirere, declarabit discursus.

XLIX. *Effectus* Feudorum consistit in obligatione inter dominum & vasallum reciproca, tam activa, quam passiva, quæ ab aliis efflagitamus, à nobis etiam sunt facienda. Debent autem sibi invicem Vitam, Famam, Bona, attamen cum diverso respectu: neq; ad reverentiam vasallo exhibendam tenetur dominus. Observare autem debet imprimis vasallus, quid sit Domino incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile: servitia tamen domino non præstat irrequisitus, nisi in casibus exceptis. Juvare tenetur dominum contra omnes, excepto tamen Imperatore, Rege, Domino antiquiore, An & patre & patria, uxore, fratre, liberis? Ita Causa habet lectio in § contra. 2. F 28. Hic finit. Lex. Quem textum tamen ex necessitudinis & reverentiæ intuitu mitigandum esse statuit Zasius, quem sequitur Cujacius, Bocerus: si scilicet pater foveret justam causam, nec patriæ esset proditor, quod videtur Vultejo. Contra seipsum tamen non tenetur Dominum juvare vasallus, nec domini sui salutem propriæ suæ vitæ anteponere. Dominum verò bannitum vel excommunicatum juvare non est obstrictus. Vasallus autem pro uno feudo plures habere dominos non compellendus, communiter namq; existimant Dd. defuncto domino, uni electo heredum aptiori, vel seniori homagium esse præstandum, qui appellatur de Regierende Herr; cæteris fratribus certa solet fieri in rebus feudalibus assignatio, vel feuda solent quandoq; æstimari & ex vasallis uni appropriari, ut ille cæteris certam pecuniæ summam rependat. Quando autem plures sunt Vasalli, non omnes simul petunt investituræ renovatione, sed eligitur ex omnibus unus, vel constituitur extraneus, qui cum speciali mandato omnium nomine & investituram petat, & juramentum

tum fidelitatis præstet, qui dicitur Ein Lehenträger / quod moribus Germaniæ receptum est.

*Displähig.
Felonia.*

XLIX. *Disolvitur* feudum, quando vel *amittitur* vel *fnitur*. *Amittitur ex culpa* vel felonia. *Felonia* est causa egregia ex commissione vel omisione talis, quâ Vasallus, cognitione causæ præviâ, convictus, legitimè feudo privatur. Non enim ob feloniam commissam privandus Vasallus feudo est *ipso jure*, sed per *sententiam declaratoriam* amittere dicitur cum causæ cognitione præhabita. Deducunt barbarum hoc vocabulum Longobardicū vel à *fallo*, unde nonnullis *Fallonia* dicitur, alii à Græco *φάλανα* seu *φάλασις*, quo significantur imposturæ, deceptiones, fallaciæ, vulgo significat *scelus* aut *factum*, quo vasallus feudo privatur, ideo alii flectunt à Germ. *fehlen* oder *fallen*. Felonia autem seu culpa est duplex: *Commissionis*, cum vel læditur Dominus in persona, vel per consequentiam. V. c. quando dominum curbitat: credentiam propalat: citatus non comparet: facit in dominum asaltum; insultum: eum defert: accusat criminaliter: vel contra dominum testificatur in causa criminali vel civili, nisi faciat officii ratione, vel causa sit feudalis: Si ejus inimicus sit capitalis: Justitiam domino deneget: Feudo si abutatur, enormi succisione arborum frugiferarum, glandiferarum: Sæviam in subditos acerrime: Si feudum inficietur, vel ex toto vel ex parte: vel casibus aliis similibus, quibus committendo felonia perpetrata probari contra Vasallum s. testibus legitimis potest. *Omissionis*, si dominum in acie non lethaliter vulneratum deserat: Si à morte dominum, si possit, non liberet: A pugna in prælio abstineat: Castra & munitiones malitiose hosti deserat & tradat: Hostenditias seu Cavalcatam, aliæq; servitia facere recuset: Invito domino feudum alienet: Parricidii, fratricidii etc. crimen patret: Dominum injuste carceri detentum, cum potuerit, non liberet: Investituram intra legitimū tempus non petat, hoc est, renovationis petitionem negligat, si ve mutatio facta sit ratione Domini vel vasalli, quod imprimis de jure feudali Saxonico & Pomeranico locū habet in *simultaneè investitis*, & in *expectativis*: mortuo enim ultimo vasallo, tenetur statim, à tempore mortis illius vasalli, alter, qui habe

*2. Dec. c. 2. d. 24.
et reatit, per Regem,
cum domino in militiam
erat, domino suo p[ro]stat*

habet expectativam, h. e. derble Anwartsunge hat intra annum, inner Jahresfrist petere renovationē, quā neglectā, feudo cadit, & devolvitur feudū propter commissam feloniam omisionis ad feudi dominum, cui integrum est de feudo illo ad se legitime reverso investire aliū, eumq; in illud realiter immittere. *Vid. tb. 41.*

L. Finitur proprie & extingvitur interitu rei, h. e. terræ motu, incendio, inundatione, morte sine heredibus masculis, si ve liberis seu agnatis omnibus.

LI. Hisce vel similibus modis feudum *citra* vasalli culpam amisum, quæri solet, quo deferatur. ꝑ. ad liberos defuncti: quibus deficientibus, ad agnatos; non his extantibus, ad dominum. *Ex culpa* autem per sententiam declaratoriam amisum, devolvitur ad *dominum*, si ve in ipsum *directè* vel per *Consequentiā* sit felonia perpetrata, puta, si investituræ renovationē petere neglexerit: dominum cucurbitaverit: illicitè feudum alienaverit. &c. Si culpa commissa sit in *alium*, quam dominum, ad agnatos transfertur feudum, qui sunt in 4. gradu vel ultra, si sit feudum antiquū, novum indistincte ad dominum relabitur.

LII. Ad quos feudum *citra* vel ex culpa deferatur, ad eosdem pertinent feudi *fructus* tam stantes, quam industriales, & quidem fructus post culpam commissam percepti, ante autem commissam culpam perceptos, licet non reconditos, sibi vasallus retinet. Quod si autem feudum sine vasalli culpa ad dominum devolvatur, si moriatur vasallus intra Calendas Martii & Septembris, pertinent fructus ad heredes; si moriatur ante Martium & Augustum completum, deferuntur ad dominum. Simile iudicium formandum est de *meliorationibus*. Vasallò enim ex causa felonix feudò privatò, meliorationes omnes & impensæ vendicantur vel à domino, vel agnatis: *citra* culpam autem feudò finitò, meliorationes transeant ad hæredes allodiales.

LIII. *Procesus Feudalis*, colophonem materiæ adjicit. Liticulis seu controversiis exortis in feudalibus inter convasallos dominus ipse iudex est comperens: inter duos Capitaneos de feudo Regali litigantes, Imperator, ut de Ducatu, Comitatu, Marchionatu &c. Inter dominum & vasallum iudices sunt Pares Curix. Interdum ordinarius loci est in casibus feudalibus iudex, attamen irregularis & extraordinarius.

LIV. *Modus ac forma* iudicii feudalis sequitur ordinem juris Civilis, quum & hic fiunt citationes, dilationes, & induciæ dantur, libelli offeruntur, lis contestatur, probationes adducuntur, sententiæ proferuntur, prolati sententiis appellatur &c. Sunt tamen nonnulla *specialia* circa processum feudalem recepta: v. c. Judices civiles jurare debebant, se recte iudicatos, ad quod non astringendi Pares Curia. Cum olim vocatio in jus usitata erat, non poterat Vasallus dominum in jus vocare, nisi impetratâ prius veniâ, quod domino erat licitum contra vasallum: Probatio in causis civilibus potest fieri duobus vel tribus testibus, masculis vel fæminis; in feudalibus autem non nisi quinq; masculis: Licet in causis civilibus reus absolvatur actore non probante, defendere se tamen debet Reus duodecim Sacramentalium juramentó: in causis civilibus semper admittitur juramentû Calumniæ & Malitiæ, ab Actore & Reo præstandum. In feudalibus autem causis dominus contra Vasallum à juramento hoc est exemptus, non autem Vasallus contra dominum, nec Convasallus contra Convasallû agens. Pax!

MANTISSÆ.

1. *Num capitula* extraordinaria, quæ in vulgari editione incipiunt à lib. 2. tit. 73. Alienat. feud. plenariam habeant Juris Feudalis auctoritatem? N.
2. *An Feudum* rectius describatur per beneficium seu gratiosam concessionem, quam per usumfructum? A.
3. *An Feudum* sit contractus nominatus? N.
4. *An consuetudo* loci in Jure Feudali sit attendenda? A.
5. *An Nobilitas* vel Ignobilitas à fundo vel persona investientis dependeat? Posterius A.
6. *An Nobilis* quis possit esse sine Feudo? A.
7. *An Imperator* feuda Ducatuû, Principatuû vacantia possit iterû reinfundare, quemadmodû Electoratus? N.
8. *An, lite* inter Imperatorem & Ducem, Principem &c. de feudo Ducatus regali ortâ, possit ipse Imperator in aula sua esse iudex competens, Paribus Curia & Camera exclusis. A.

9. An Jure itidem Imperatori liceat, tam in possessorio, quam petitorio? *A.* (tur legitima? *A.*)
10. An pacta confraternitatum inter Principes dicantur?
11. An Imperium Romanum sit Feudum Pontificis? *N.*
12. An omnia Feuda, Regalem dignitatem annexam habentia hodie, ac olim, sint individua? *N.*
13. Nobilitandi Jus proprie ac independenter habet Imperator & Reges, præter Deum & enssem neminem recognoscentes superiorem: An autem hoc dicendum dependenter de Archiducibus Austriae & reliquis Imperii Ducibus & Principibus? *A.*
14. An jus creandi Duces, Principes, Marchiones, per excellentiam soli competat Imperatori? *A.*
15. An pater Elector possit testamentò cavere, ne se defuncto proximus agnatus, impuberis vel puberis heredis filii, feudiq; Electoralis possit esse Tutor vel Curator? *N.*
16. Quid, si accedat consensus Domini, an tunc valet testamentaria in Feudis dispositio? *N.* (commercio? *N.*)
17. An feuda Imperii possint dici & esse in Imperatoris?
18. Num Patriarchis hodie præferantur Cardinales? *A.*
19. An Papa sit Antichristus? Cum protestatione de non committenda injuriâ. *A.*
20. Num Phocas indulserit Bonifacio III. primatum jurisdictionis inter cæteros Episcopos? *N.*
21. An rectè fecerit Ludovicus Pius, Caroli M. filius, constituens Archiepiscopos & Episcopos Imperii Principes seculares. *A.*
22. An Archiepiscoporum, Episcoporum investitura, ipsiusq; Papæ electio, quæ penes Imperatores à primitiva Ecclesia stetit per mille & sexaginta annos, rectè & justè ab Imperatoris superioritatis Jure sit avulsa? *N.*
23. Num concordata, inter Fridericum III. Imp. & Nicolaum

- colaum Papam inita, sint imperio & successoribus Imperatoribus noxia, & præjudicialia? N.
24. An Vasalli Imperii immediati, Archiduces & Duces, investituram vel ejus renovationem eodem modo à Domino Imperatore petere sint obstricti? N.
20. An Imperator recte dicatur mundi Dominus? N.
26. An ex eisdem causis, vel solis, quibus liberi exheredantur, matrimonia dissolvuntur, & donationes revocantur, etiam Feuda amittantur? N.
27. An Vasallus de omni feloniam, utcumq; etiam de crimine læsæ Majestatis convictus, feudo privandus sit ipso jure, an verò per sententiam declaratoriam? Post. A.
28. An, uti in causis feudorum Ducatum & Principatum, ita & Comitatum ac Baronatum immediatorum Imperator in Consilio suo Aulaico sit judex competens? An verò Camera vel pares Curia? Prius A.
29. An Imperatori, leges fundamentales infringenti, privatis resistere armis liceat? N.
30. Num ob injurias verbales Domino illatas Vasallus feudi amissionem incurrat? A.
31. An Vasallus contra Dominum inculpate tutelæ moderamine licito uti possit jure? A.
32. An Vasallus extra territorium Domino servitia exhibere cogatur militaria sumptibus propriis? Regulariter N.
33. An Vasallus, si volenti Domini uxori osculum luxuriosum intulerit, feudò ob feloniam reatum cadat? A.
34. Utrum Feudum licite alienatum naturam feudi perdat, & fiat allodium? N.
35. Num, feudò ob culpam in Dominum commissam amissò, devolvatur illud ad Dominum simpliciter & irrevocabiliter? A.
36. Allodialis fundus, an feudalibus prestet? Hunc A.

Juveni sibi commendatissimo, de Feudis Respondenti,

sic opponit

JOHANNES MICRAELIUS, D.

Allodium an Feudum magis libertate fruatur,
Quum sis Respondens, quid, Ludovice, putas?
Nil proprii in Feudo, Dominis parente Vasallo,
Quod teneo Allodio, proprietate meum est.

Nobilis es Feudo? Quid habes, si demseris usum?

Usus in Allodio & proprietate simul est.

Numquid ab Allodio pereat mihi nobile nomen?

Plene possideo, quod mihi in Allodio est.

Seu sis Vasallus, seu malis esse Vasallus,

Quod proprii, euge, tenes jure Vasallagii?

Allodialis ego, mihi si lubet, omnia muto,

Transfero, do, moveo. Nemo mihi est Dominus.

Civis sum patriæ liber. Sed patria Feudo

Si sua possideat, quomodo liber ego?

An nemo est liber? Cunctis servire necesse est?

Non rex est, quem non vis premit alterius?

An quoque, qui est Dominus Feudi, & quo jure legatur?

Et quo Vasallus jure agit in Dominum?

Responde, quia jam Respondens dicere. Monstret,

Qua pergas, virtus Sithmaniana viam.

Ad Præstantissimum & Literatissimum
Dn. FRIDERICUM LUDOVICI

De Jure Feudali disputantem
faventer s.

Prestas Laudis opus merito LUDOVICE probandum,

Dum proprii prestas Nobile Martis opus.

Sic multum tua thura litas. Civilia, quæro,

Feudis insistens, absoluisse velis?

Sic est: Scripta quidem tractes, non scriptaque jungas,

Et solidum Juris robur & artis habes.

Perplacet ergo mihi studium, LUDOVICE, modo auge,

Quod capti, te olim premia justa manent.

JOAN Sithmanus D.

Disput. Pref.

AD fontes, Ludovice, sacros me ducis, & inter
 Has dias spumare jubes de montibus undas.
 Obsequor atq; tuis ausis, quod paupere vena est,
 Confero quopossum votis superare petita.
 Tu modo sorte tua porro utere, & i bene, mentis
 Quo redona vocant. Sic Cynthia, nocte minores
 Ut superat cœli facies, superare sodales
 Ingenio poteris: Tunc Justinianushonores
 Et sua cum Junone Venus tibi præmia firmet.

ὁ δὲ αὐτὸς ἐν τῆς καρδίας
 Candido suo amico applaudebat
JOHAN PHILIPP Lange
 L. L. Stud.


Strenuo D. Astrææ Vafallo Dn. LUDOVICO,
 suo integerrimo, Sacrum esse juber.

Quid Tibi cum Feudis, LUDOVICI? Feuda Vafallum,
 Quæ Patris & Proavi clypeum, & sua facta per arma
 Gesta potest Feudi Domino præstare, requirunt.
 Num Tibi Majorum vultus? num cana vetustas
 Emiliûm? numerum, Patriæ quos sinibus alma
 Summobit virtus tua, decantabis? Amice,
 Si gladii rabie, tantum si sanguine Patrum
 Feuda petenda patent, facile haud tibi Feuda merebis.
 Cur, igitur, sancta Themidi defendis iniquam
 Vim, reverenter habes? quid agone hoc facta probabis
 Valvasoris? Amant alii sed Feuda parata
 Haud virtute sua: tenui de cespite tollant
 Grande supercilium. Cui Tu tua sacra litasti,
 Feuda sat ampla dabit: Non solatur a labores
 Sordida rura pios; sed honor, quæ splendet in ævum.


PETRUS Schirmacher!
 N-Rupp. March.


Tu, quæ restituit SITHMANNUS feuda nitore
 Interpres legis, splendida feuda facis.
 Et fendi nodos ita cum per dogmata solvis,
 Spinosa legum sedulus arte clues.


Amicissimo suo Ludovico reliq.
CASPAR GERHARD & Knuth
 Nob. Pomer.











VVLGO DIATO die Klapper-Jagd. 433

§. XI. Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferior minor, aut media, venatio data est, a nostro uenando se abstinere debet in locis, ubi ferae maioribus. Is autem, qui duntaxat superiori, siue maioribus venatione, tali, vice versa, uti nequit in locis inferioribus, aut mediae, subsistunt. Ratio assequius in promptu est, qui alterius ferae per eiusmodi venationem disturbantur, et in aliena loca extra banerium transfugiunt (b). Non debet autem alteri per

eorum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-tem id quoque non facile permittitur, ut, praedio, cui venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in locum unius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea alii substituatur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maij. 4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio exantur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet uerba, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
H. Schwarzbürgischer Ober-Jörster hiermit auf Begehren,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm.

E